







currebant, explicavi. Assumpsi etiam nonnulla tua folia, uti *spatulatum*, *parabolicum*, *bipinnatum*, etc.; pro quâ doctrinâ tibi grates debeo. In hoc libello conjeci plurimas observatiunculas. Evadet liber 20 philyrarum, quarum 17 impressæ sunt, ut intrâ mensem habeam.

Dissertationem habui de *Seminibus muscorum*. Musci omnes sunt vivipari uti Gramina Alpina. Debent tamen antheris fœcundari. Est singulare phænomena naturæ.

Observavi attentè hâc æstate, quomodò folia hærent, dùm prodeunt è gemmâ : alia *conduplicata* , *convoluta* , *involuta* , *revoluta* , *equitantia* , *obvoluta* , etc.

In *Philosophiâ*, prima stamina Horologii Floræ videbis.

Tuas gazas incepti pervolvere. Bone Deus! quàm multæ, quàm raræ à me non visæ plantæ, in illâ collectione ex tuâ patriâ! Liberalior te nullus mortalium extitit, qui dedisti mihi omnes quas non

---

*rariorum, adjectis figuris.* (Holm., apud Kiesewetter, 562 p. in-8°, IX pl.) « Cet ouvrage est immense et subsistera éternellement. Linné l'eut rendu bien plus complet, s'il eût voulu avoir confiance aux hommes instruits dans la connaissance des plantes, et qui en avaient vu, dans les contrées méridionales, une grande quantité d'étrangères à la Suède, où Linné n'avait pu les étudier. » (HALLER, *Bibliot. Bot.*)